

delectamur nostros thesauros spirituales ecclesie Christicolis aperire, quorum demum allecti salutari dulcedine ad ipsam in mentis iubilo et ymptis exultationis dominum nunc in terris per speculum in enigmate venerantes honorantes adorantes accedant, ut ipsum facie ad faciem venientem super eos iudicem securi valeant contemplari. Omnibus vere penitentibus et confessis, qui dicte ecclesie limina visitaverint in omnibus festivitibus 5 infra scriptis, videlicet nativitatis domini resurrectionis ascensionis et pentecostes et in quatuor festivitibus beate dei genitricis Marie scilicet nativitatis annunciationis purificationis et assumptionis, sancti Michaelis archangeli, sanctorum Iohannis Baptiste et evangeliste, in festo omnium sanctorum, sancte Marie Magdalene, singulorum apostolorum, sanctorum martirum Stephani Laurentii, sanctorum Nicolai et Martini confessorum, 10 sanctarum virginum Katerine Agnetis Lucie Barbare et Margarete et in die dicte dedicationis ecclesie festivitatum et patroni singulisque diebus dominicis quadragesime domini et adventus et in quatuor statutis temporibus sacris anni nec non qui dicte sacerdoti devotam cum reverencia infirmos visitanti cum sacra communione vel unctione fecerint comitivam aut qui ad structuram luminaria ornamenta quolibet dederint, per se vel per 15 alios excitaverint ad huiusmodi largicionis pietatem, pro quacunque vice manus sibi de bonis a deo collatis porrexerint dexteras adiutrices, nos de omnipotentis dei misericordia et beateque semper virginis Marie nec non et beatorum Petri et Pauli apostolorum atque omnium sanctorum meritis et precibus confidentes singuli singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi penitenciis, dummodo consensus diocesani ad id accesserit, misericorditer 20 in domino relaxamus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum Rome apud sanctum Petrum anno domini M^o CC nonogesimo sexto, pontificatus domini Bonifacii pape octavi anno secundo.

(S.) (S.) (S.) (S.) (SFR.) (SFR.) (S.) (S.) (SFR.) (SFR.)

295.

25

Heinrich, Volrad, Otto und Ulrich von Colditz auf Wolkenburg urkunden, daß ihre Mutter dem Kloster Nimschen die ihr vom Dorfe Meuschwitz zustehenden Zinsen auf so lange Zeit abgetreten habe, bis die gesammte erhobene Summe 18 Mark Silber betrage. Wolkenburg, 1297 Juni 5.

Hilschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1538. Von den beiden SS. an Pergamentstreifen ist das des Heinrich von Colditz abgefallen.

Gedr.: Francke Neue Beyträge 1,360. Hasche Magazin 6,395.

30

Nos fratres de Coldiz Henricus Volradus Otto | Olricus, possessores castri in Wolkenbere, recognoscimus et tenore presencium protestamur, quod Beatrix mater nostra censum ville Mizletitz, que est dos eius, ecclesie sanctimonialium in Nymschen recipiendum commisit, donec inde perceperint decem et octo marcas argenti, quibus perceptis 35 census dicte ville erit matris nostre sicut prius. Ne hoc factum aliquis infringat presentem litteram sigillo nostro et patui nostri domini Henrici de Colditz roboramus. Datum Wolkenbere anno domini M^o CC XC vii, in die sancti Bonifacii.

(S.)

(SD.)